Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26112
Copyright: Admont, Benediktinerstift

humilitate mea non tempteris. qs sum homo peccator. Si aut in ueritate
saluari desideras. & me uidere poscis. inter alios me uidebis. nam solum me
uidere non poteris. Que cum hec legisset. exsurgens cursu certo uenit ad basili
cam ubi hospitium habebam. & premittens de suo nuntiauit aduentum. Ses
sum nonnus hoc audiens rogauit ad se omnes episcopos euenire. ad quos presentia
iussit ea ingredi. Que cum intrasset. prostrauit se ad pauimentum. & app
hendens sci pedes uehementer eiulabat. capitique suo puluere iaciens.
flauique pedes rigabat. & erinne tegebat clamans. Miserere mei dne.
imitans dnm & doctorem tuum xpm. & effunde super me uiscera mie. &
fac me ptem xpianam. Ego sum pelagia. pelagus iniquitatis. exundans in
quietus fluctibus. ego sum profundum abyssus. ego sum uorago & laques
animarum. ego delectatio mortiferarum uoluptatum. multos deceptos
decepta decepi. Que nec cuncta phorrui. & de tantis malis penitentiam
obsecro baptizari ut redimantur peccata mea. & omnis anime sor
des. antique in mundtie diluantur. credo enim quod per baptismum sancti
ficationis renata. deceptorem meum diabolum fugiam. Videntes tantam subi
to euersionem meretricis & fidem. tantasque lacrimas quantas nemo nrm
umquam aliquos se uidisse meminit. Cum tam eps nonnus uix a suis pe
dibus surgere persuasit dicens. Canones etenim non debere meretricem an
te baptizari. nisi fide iussores ante dederit. se de incepsi prauis actibus
non inuolui. Que cum accepisset tale responsum. iterum prouolutus se in terra.
& flens atque eiulans clamabat dicens. Rationem reddas pro anima
mea. & ita reputet factis meis iniquitas. si me baptizare distule
ris. timeo ne per hanc moram hostis ille quem cupio effugere suis me
mbris laqueis iterum impedire. Ego enim fui iniquitatis pulpis huius uite
muscipula. Rogo quoque si inueniar cum sciis apud dnm portionem. ne de
seras anime mee salutem. & ferus ille singularis spatium forte
repperit. quo me malis suis tenatum sicut prius quod absit inuoluat.
Idcirco quesso ut me hodie lauacro regenerationis munda et
ficias. & oblationem pro me deo offerre dignemini. Hec audientes

mirabam.